

## Aduertencias para

sunt participes. Sed non poterunt tempore interditi, & cessationis sepeliri in Monasterijs ea pompa, et sollemnitate, quibus Fratres & Religiosi sepeliuntur. Hoc enim cedit in maximam perturbationem iurisdictionis quã ab Ecclesia vult amouere Concilium Tridentinum. Sess. 24. de Reformatione. cap. 11.

- 44 ¶ Idem Leo concessit Generali Priori Augustiniensium. vt quicquid Indulgentiarum & gratiæ Fratribus Monialibus & mantellatis ac Corrigiatis concessum est, id omne vtrique sexui concessum intelligatur, sicut supra nu. 40. dictum est. Ex Compen. Archiepiscopi. nu. 24

## PRO FRATRIBVS CARMELITIS.

- 45 ¶ Sixtus. 4. concessit Fratribus Ordinis Carmelitarum, vt gaudere & potiri possint, & debeant priuilegijs indulgentiis, gratiis, & fauoribus indultis tam spiritualibus quam temporalibus concessis Fratribus Prædicatoribus & Minoribus, ac Eremitanis Sancti Augustini velut si prædicto Ordini Carmelitarum nominatim concessa fuissent, aut concederentur in futurum. Et circa huiusmodi communicationem facit copiosam specificationem de concessis